

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

M. Tvllivs Cicero Mannvcciorvm Commentariis Illvstratvs antiquaeq. lectioni restitutus

Continens De Philosophia Volumen Secundum

Cicero, Marcus Tullius

Venetiis, 1583

Perillvstri Comiti Mario Bevilaqvae

[urn:nbn:de:gbv:45:1-770553](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:45:1-770553)



PERILLVSTRI
COMITI
MARIO. BEVILAQVAE



NIHIL hoc tempore mihi gratius accidere poterat ,
quam illustre nomen Tuum ad aures meas perueni-
re. factum hinc enim est , ut hoc , etiam si perexi-
guo , aliquo tamen signo meam in Te, Tuiq. simi-
les obseruantiam declararem. Nobili familia natum
esse, praestantesq. uirtute maiores posse nominare, ma-
gnae felicitatis loco a plerisque ducitur : qui maio-
rum lumen posteris quoque prodesse putant. ego secus existimo. nam
lumen illud nobilitatis bonum , malumq. effici , pro posterorum me-
ritis, iudico. Quo fit, ut Te mihi praecipue colendum proposuerim :
cum intellexerim , ad antiquam maiorum Tuorum nobilitatem (quae
in Veronensi celeberrima ciuitate florentissima semper fuit) propriam
Tuam accessisse, eamq. illustriorem. nam, cum habeas domestica ex-
empla plurima singularis uirtutis, belli, domique; ijs tamen non con-
tentus, quotidie & maiores Tuos, & Te quoque ipsum bene agendo
uincis. Quid? Tu, omnium laudandarum artium cognitione prae-
stantissimus, omnes, qui in ijs aliqua cum laude uersantur, ad maiora
conanda non solum quacumque potes re inuitas, sed exemplo Tuo,
quod maximam uim habet, paene cogis. imagines excellentium ui-
rorum domi seruas: quae a priscis illis summo in honore habebantur.
& merito. maxime enim nos ad uirtutes accendunt. Egoq. ipse, Tuo
exemplo commotus, Musaeum meum, tenue illud quidem, fortasse ta-
men non profus indignum, quod a litteratis uiris uisatur, ornare ijs
statui. In quo, Te praecipue imitans, erit, cur saepe Te in ore, amo-
req. habeam, Tuumq. istum insignem animum praedicem, Tibiq. pu-
blico nomine plurimum me debere fatear. Interim hoc a me amici,
atque obseruantis animi indicium, Commentarium in Ciceronis li-
bros de Diuinatione, hilari uultu accipe. neque me, de facie, igno-
tum,

rum, nimis ausum esse existima. hoc enim Virtus priuilegium ha-
bet, ut eos, qui uel in longinquis regionibus habitant, nedum proximos,
amore conciliet. Deus Opt. Max. Tibi prospera omnia largiatur.

Venetijs. Kal. Sext. ∞ D XXXIII.

Tuae laudis cupidissimus,

Aldus Mannuccius, P. F. A. N.



... hoc tempore mihi gratius accidere poterat,
quam illud nomen Tuum ad aures meas perueni-
re. factum hinc canit est, ut hoc, etiam si pre-
terit, aliquid tamen signum meum in Te. Tui-
les oblectandam delectarem. Nobili familia nati-
tate praestant. uirtute maiores posse nominari-
quae felicitas loco a plebsque ducunt; qui ma-
tam lumen postea quodam prodelle putat. ego secus existimo, nam
tamen illud nobilitatis bonum, malumque est, pro posterorum me-
ritis, iudico. Quo fit, ut Te mihi praecipue colendum propoliam;
cum intellexerim, ad inquam maiorem Tuorum nobilitatem (dare
in Vironem celebratam civitate floridissimam tempore) propoliam
Tuum accipisse, eandem illustriorem, nam, cum habes domesticas ex-
empla plura singularis uirtutis, belli, domusque, et tamen non con-
tenta, quod die & maiore. Te, & Te quodam plura bene agendo
uideri. Quid? Tu, omnium laudandam animam cognitione pra-
stantissimam, omnes, quia in alijs cum laude uidentur, ad maiore
concorda non solum praecipue potes te iuuit, sed exemplo Tuo,
quod maximum tui habet, patre cogit, magis excellendum ni-
torem domi tenet: quae a plura illis lumen in honore habet. Tui
damento. maxime enim nos ad uirtutes accendunt. Exod. ipse, Tuo
exemplo commotus, Malitiam meam, tunc illud quidem, fortalle
mea non proles indignam, quod a licetis uis uisat, omne is
fieri. in quo, Te praecipue imitas, erit, cui facit Te in ore, amo-
re habent, Tuum. illam insignem animam praedicant, Tui. pu-
lchra uirtute plura me debere facit. Interim hoc a me amant,
quae oblectandam animi iudicium, Commendatam in Ceteris il-
lud de Dinatione, sicut uiam accipere, uelut me, de facit, igno-
M. s.





I N

M. TVLLII. CICERONIS
DE. DIVINATIONE

LIBRVM. I.

Commentarius Aldi Mannuccij.



ARGVMENTVM

Quinctus Cicero Stoicam personam suslinens duplex diuinandi genus constituit, alterum artis, alterum naturae. Ad artem refert, exta, monstra, tonitrua, coruscationes, auguria, auspicia, stellarum, motus, cometas, sortes, quae priscis longo tempore obseruata sunt: ad naturam uero somnia, & furores, quae contingunt, & obseruantur.

CICERO



ETVS opinio est, iam usque ab heroicis ducta temporibus, eaq. & populi R. & omnium gentium firmata consensu, uersari quandam inter homines diuinationem, quam Graeci ^{μαυτικην} appellant, id est praesensionem, & scientiam rerum futurarum. magnifica quaedam res, & salutaris, si modo est ulla, quae proxime ad deorum uim natura mortalis possit accedere. itaque, ut alia nos melius multa, quam Graeci: sic huic praestantissimae rei nomen nostri a diuis, Graeci, ut Plato interpretatur, a furore duxerunt. gentem quidem nullam nideo, neque tam humanam, atque doctam, neque tam immanem, tamq. barbaram, quae non significari futura, & a quibusdam intelligi, praediciq. posse censeat. Principio Assyrij, ut ab ultimis auctoritatem repetam, propter planitiam, magnitudinemq. regionum, quas incolabant, cum caelum ex omni parte patens, atque apertum intuerentur, traiectiones, motusq. stellarum obseruauerunt: quibus notatis, quid cuique significaretur, memoriae prodiderunt. Qua in natione Chaldaei, non ex artis, sed ex gentis uocabulo nominati, diuturna obseruatione siderum, scientiam putantur effecisse, ut praedici posset, quid cuique euenturum, & quo quisque fato natus esset. Eandem artem etiam Aegyptij

longinquitate temporum innumerabilibus paene saeculis consecuti putantur. Cilicum autem, & Pisdarum gens, & his finitima Pamphylia, quibus nationibus praesimus ipsi, uolatibus auium, cantibusque, certissimis signis declarari res futuras putant. Quam uero Graeciam colonia misit in Aetoliam, Ioniam, Asiam, Siciliam, Italiam, sine Pythio, aut Dodonaeo, aut Hammonis oraculo? aut quod bellum susceptum ab ea sine consilio deorum est? Nec unum genus est diuinationis publice, priuatimq. celebratum. nam, ut omittam ceteros populos, noster quam multa genera complexus est? Principio huius urbis parens Romulus non solum auspicato urbem condidisse, sed ipse etiam optimus augur fuisse traditur. deinde auguribus & reliqui reges usi: & exactis rebus, nihil publice sine auspicijs nec domi, nec militiae gerebatur. cumq. magna uis uideretur esse & in impetrandis, consulendisq. rebus, & in monstis interpretandis, ac procurandis in haereticum disciplina: omnem hanc ex Etruria scientiam adhibebant; ne genus esset ullum diuinationis, quod neglectum ab ijs uideretur. & cum duobus modis animi sine ratione, & scientia, motu ipsi suo soluto, & libero incitarentur, uno furenti, altero somniante: furoris diuinationem Sibyllinis maxime uersibus contineri arbitrati, eorum decem interpretes delectos ex ciuitate esse uoluerunt. ex quo genere saepe hariolorum etiam, & uatum furibundas praedictiones, ut Ostauiano bello Cornelij Culleoli, audiendas putauerunt.

Nec